



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 3. Diffidentia divinæ providentiæ quam latè pateat, quamque sit noxia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

§. II.

Diffidentia Divina Providentia quam latè p-
teat, quamque sit noxia.

Nihilominus diffidentia tam altas egili-
videtur in animis nostris radices ut qua-
si in naturam versa præclaram istam lucen-
t. vehementer obscuret adeo ut licet universi-
tas creaturarum testetur, Deum esse; licet ad-
mirabili concentu has identidem voces aur-
ibus nostris ingerant: *ipse fecit nos, et non nos;* licet notissima tum philosophiæ, tum
Theologiæ de divinis perfectionibus doctri-
na magnam nobis ingeneret cognitionem;
nescio tamè qui fiat ut nihil nobis difficilis,
nihil videatur tam violentum, quād fidere
Dei bonitati, eju que sanctissimè providentia
rerum nostrarum cursum committere. Res
verè digna admiratione in hominibus etiam
nostræ conditionis, qui quotidie loquuntur
de Divinitate, qui oblationibus & sacrificiis
eandem adorant, admirantur ejus magnitu-
dinem, venerantur majestatem & imperium
in res omnes creatas. Quorsum hæc omnia?
Quid tandem prosunt, si fructum inde mul-
lum decerpamus nobis? Quid juvat aut habe-
re, aut fateri immensæ bonitatis, infinitæ
pientiæ, insuperabilis potentiae fidem, si a-

eum
inte
con
qui
umq
alter
& no
idem
priv
innu
ab e
conca
exan
roica
nulli
conv
possi
bab
mar
sam
gitu
sign
decin
pon
tion
re ac



eum in necessitatibus non recurramus? Quid interest inter eum qui credit quidem & colit conditorem suum, sed cui non fudit; & eum qui de illo non cogitat, cuius nec cognitionē umquam ullam habuit; in quo horum alter alteri præstat? Non credere Dei providentiā; & non habere in Deo fiduciam. Unum fere idemque videtur esse. Hæc ergo diffidentia privat nos ineffabilibus bonis, beneficiisque innumeris quæ in Deo habemus reposita, & ab eo percipere possumus. Illā ergo generoso conatu oportet aggredi & radicitus evellere ex animis nostris ut ejus loco inseramus heroicam invictamque in Deum fiduciam quæ nullis creatis viribus, nullis umquam casibus convelli atque eripi nobis possit; sed dicere possumus: propterea non timebimus, dum turbabitur terra & transferentur montes in Cor maru. psal. 45. Sed ante omnia audiamus ipsam naturæ vocem hac super re: videamus digitum Dei impressum animis nostris & locū signaculi ejus cum nos condidit, nam quæ deinceps afferemus motiva, plus habebunt ponderis si intelligantur consenire inclinationibus naturæ nostræ cum eaque conspirare ad eundem effectum producendum.

CAPUT